

BIBLIOTHECA HISPANA VETUS,

S I - V E

Hispanorum, qui usquam unquamve scripto aliquid
consignaverunt, notitia.

*Complectens scriptores omnes qui ab Octaviani Augusti imperio
usque ad annum M. floruerunt.*

TOMUS PRIMUS.

A U C T O R E

D. NICOLAO ANTONIO HISPALENSI J.C.

Ordinis S. Jacobi equite, patriæ Ecclesiæ canonico, regionum negotiorum
in Urbe & Romana curia Procuratore generali,
demum Matriti Consiliario regio.

OPUS POSTUMUM:

Nunc primùm prodit jussu & expensis

EMINENTISSIMI ET REVERENDISSIMI DOMINI

D. JOSEPHI SAENZ

CARDINALIS DE AGUIRRE.



ROMÆ, M. DC. XCVI.

Ex Typographia Antonii de Rubeis propè S. Sylvestrum de Capite in Via Vitis.

SUPERIORUM PERMISSU.



DE HISPANORUM
DOCTRINA,
BIBLIOTHECARUM UTILITATE,
Et proposito hujus Operis
AD LECTOREM
PRÆFATIO.



CLARISSIMA toto orbe terrarum, ac per omnem ejus partem, regionum Europæarum princeps, mundi que ab oceano surgentis caput HISPANIA, peperisset utique sibi magnum satis decus atque ornamentum famæ non intermori- turæ unquam, sed à præstantissimis quoque aliarum gen- tium populis invidenda, si solum Reges optimos ac fortissi- mos duces, belli fulmina milites, atque omnium virtutum politicarum exempla posterorum memoriæ atque imitationi consignasset. Qui- nam etenim inter mortales omnia possumus? Divisit rerum supremus conditor dotes ac dona sua eo providentiæ ordine, ut unaquæque provincia aut natio præ aliis excelleret peculiari aliqua prærogativa, qua quidem id compensare posset in quo ab eis superabatur. Adeo ut principem quendam in cæteris lo- cum non ea quidem obtinuisse dicenda sit, cui nihil prorsus, sed cui minus ea- rum rerum defuerit, quæ aut commendatione ipsius naturæ, aut communi ho- minum existimatione censentur, suisque possessoribus ad rectè beateque viven- dum quasi manus & instrumenta sunt. Neque adhuc tamen (ut humana omnia fluxa & inconstantia ac vicissitudini sunt damnata) que semel alicui gen- ti benigno summi bonorum largitoris influxu contigere, adeo ei coalescunt, & propria innataque reputari debent, ut non abscedere aliquando, locumque inde vertere, ac ne vestigia sui in eo solo, cui altissimis infixæ radicibus vide- bantur, impressa relinquere valeant. *Ita fato placet (ait Seneca *) nullius rei eodem semper loco stare fortunam.* Hæc itaque mortali, seque ipsam per partes impellenti & exterminanti naturæ haud injuria imputare nos nulli non lique- re poterit, qui vel simplici quadam injectione mentis ad historiarum speculum orbem terrarum in ejus partibus, populorumque orbis tempora in eorum even- tibus (quantum ab illo, quod olim fuerant, mutata!) voluerit contemplari. Deplorabilia etenim hujus transformationis, atque eximie cujusque laudis ex alia in aliam gentem emigrationis documenta & exempla nullum non suppe- ditæ ævum jam hodie exactum, nullum non ex his, quæ in posterum exigen- tur, suppeditabit. Sive id non tam naturæ, quam numini ejus auctori magis cer- tè adjudicamus, scelera nostra clade & ruina expianti, ut agnovit & Alexan-

*) In Conso-
lat. ad Heli-
cium lib. 1. c. 2.

INDEX AUCTORUM

Qui in hoc primo Tomo continentur.

Qui asterisco notantur, sunt auctores supposititii, vel falsi
Hispanie tributi.

A

- A** BOBACAR paginâ 369. numero 285.
Acilius Lucanus pag. 40. num. 181.
Adrianus Imperator pag. 75. num. 327. & seqq.
Ægidius Petri seu Pirez pag. 369. num. 284.
* Ætherius diaconus pag. 177. num. 476.
Albutius pag. 9. num. 33.
Alphonfus Rex, cognomento *Magnus* paginâ 362. numero 240. & sequen-
tibus.
Altus Bucar pag. 369. num. 285.
Alvarus Paullus Cordubensis pag. 348. num. 171. & seqq.
* Amandus pag. 177. num. 476.
* Amanus presbyter pag. 239. num. 117.
Annæus Mela pag. 22. num. 80.
Anonymus pag. 340. num. 117. & seqq.
Anonymus alter pag. 369. num. 284.
Anonymus poëta pag. 190. num. 62.
Anonymus poëta alter pag. 286. num. 277.
* Antoninus diaconus pag. 203. num. 123.
Antoninus philosophus. Vide Marcus Antoninus philosophus.
Antonius Julianus pag. 81. num. 360. & seqq.
Aprigius sive Apringius pag. 210. num. 23. & seqq.
Aquilus Severus pag. 128. num. 119.
Arcaticus, sive Archaricus Bracarenfis pag. 327. num. 45. & seqq.
* Aristoteles pag. 84. num. 373.
* Arthuagus Gouhus pag. 230. num. 121.
Arthuagus monachus pag. 276. num. 225. & seqq.
* Audentius Toletanus Episcopus pag. 136. num. 162.
Avienus pag. 157. num. 377. & seqq.
Avieus Bracarenfis presbyter pag. 186. num. 41. & seqq.
* Aulodius presbyter pag. 229. num. 117.
* Aulus Elpidius poëta pag. 98. num. 439.
* Aulus Seguntinus pag. 177. num. 476.
* Aurelius diaconus poëta pag. 98. num. 439.
* Aurelius philosophus pag. 203. num. 123.
Aurelius Prudentius poëta pag. 165. num. 416. & seqq.

B

- B** EATUS presbyter pag. 324. num. 35. & seqq.
* Bento Episcopus Cæsar-augustanus paginâ 371. numero 298. & se-
quentibus.
Biblioteca vetus Hispana Tom. I.

*Paulo Hircio en Hispanos
vide Madan en las Biblias
del 20.º fol. 39. b. l.º
y fol. 73. — don de
se dice q' este autor
continua los comenta-
rios de Cesar. El P.
Roa en su Malaga
cap. XI. le cita dos veces
en la primera dice que
Cecilio la guerra de Espa-
y en la segunda dice as-
hallamos en lo q' escribe
O Hircio de las guerras de
la d.º cõ.º se da a entender*



BIBLIOTHECÆ VETERIS HISPANÆ,

SIVE

Scriptorum Hispanæ gentis, qui ab Octaviani
Augusti Imperio, usque ad annum Ecclesiæ
trecentesimum floruerunt,

LIBER PRIMUS.

CAPUT PRIMUM.

Primum esse JULIUM HYGINUM Augusti libertum, & qui agmen ducit in scriptoribus Hispanis. Vita ejus ex Tranquillo. Patria. Cornelii Alexandri discipuli Polybistoris sectator fuit. Caput Licinius, cujus HYGINUM familiarissimum fuisse Suetonius ait. C. Asinius Pollio verius fuerit. Columelle sensus expanitur. Fabularum HYGINO adscriptus liber non certo ejus est: nec item Astronomicum Poëticum, Marco Fabio Quintiliano forsam dicatum. Certiora ejusdem opera que perierunt, ex veteribus laudatoribus commendantur. Propempticon quid? Quisnam auctor Gromatici, & alterius De limitibus, librorum HYGINO, seu HYGENO, attributarum. Grima, seu Gruma, quid? HYGINUS De castrametatione idem cum proxime dictorum operum auctore forsam auctor. De TURANNIO GRACULA, atque ejus opere quodam Geographico.

PRIMUS est C. JULIUS HYGINUS, quem in Hispanorum scriptorum censum, veteris ævi monumenta consulentes, referre possimus. Cujus memoriam nullis aliis perioribus consignare hic verbis dabitur, quam his Suetonii Tranquilli ex libello *De illustribus Grammaticis*: C. JULIUS HYGINUS Augusti libertus, natione Hispanus, est nonnulli Alexandrinum putant, & à Cesare Romanum advectum Alexandriæ captivum. Studiosè & avidè imitatus est Cornelium Alexandrinum Grammaticum Græcum, quem propter antiquitatis notitiam Polybistorum nudi, Bibliotheca vetus Hispana Tom. I.

quidam Historiam vocabant. Præfuit Palatine Bibliothecæ, nec eo secius plurimos docuit, fuitque familiarissimus Ovidio Poëta, & C. Licinio Consulari historico, qui cum pauperem decessisse tradit, & liberalitate sua, quoad vixit, sustentatum. Hujus libertus fuit Julius Modestus, in studiis atque doctrina vestigia patroni sequutus. Inhærebimus & nos his Suetonii vestigiis, elogium ut explanemus, Hyginumque simul meritis persequamur laudibus. Hyginum, non Hysum, aut Hygim, vel Hygum scribi debere notat Vossius, rectè: quemadmodum enim ab istis per syncope lecta dicitur, sic planè ab istis sic legitur. Ita est in lapidibus exaratum: *C. Julius Hyginus Augusti libertus*. Octavii scilicet, qui ex testamenti & adoptionis lege Julii Caesaris magni avunculi nomen serebat. Inde Julii dicitur leges, quas idem tulit Augustus *De adultæriis, De maritandis ordinibus, Sumptuaria, De ambibus, aliisque Natione Hispanus*. Id credunt, magis quàm Egyptium esse, ex Alexandria capta advectum à Cesare, noviores, præcipueque Hispani.

2. Studiosè & avidè imitatus est Cornelium Alexandrinum Grammaticum Græcum. Is est Alexander, sive Milesius, quod Suidas; sive Coryeus ex Phrygia minore, quod Stephanus & Etymologus ajunt, Cornelius cognominatus à Cornelio Lentulo, cujus fuit servus, interimque pedagogus, indeque libertus, more usitato assumendi patronorum nomina. *Vir doctus* (Alexander hæc) & vorè scientiæ, ac Græcarum linguarum peritissimus, qui non dicitur causam, & de fidei sententiam capere ex studiis. laudatus sic ab Eusebio *De præparat. Evangelica* lib. 6. cap. 17. De quo, & ejus scriptis, multa collegit Vossius in *De historiæ Græcæ commentario*, & Joannes Jonnius

a Ita Gessner Bartholomæus v. Scæli lib. 5. Sylv. eam. 2. 7. 74.
b Ita se repetisse in vetustissimis membranis scholæ in Vigiliam ait idem ad Theop. v. 171. c De historiæ Græcæ lib. 1. cap. 20.
d Theophrastus script. 2. 4. 251. 8. 1106. 4.
e Sueton. cap. 7. Dion. lib. 41. S. Aurelius Vigilius in Epitome.
f Maromus De Academicis, & de illis 157. v. 157. Martini lib. 1. cap. 111. Valgus in Cæsar. v. 1. ad annum DCCXLV.
g De urbibus. v. 1. 1106. 4.
h Verbo dicitur 1106. 4. v. 1106. 4. v. 1106. 4.
i Lib. 1. cap. 22.